

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 Vtrum veniale, & mortale differant specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

quantum ad id quod ordo Dei excedit alios duos ordines, sic peccatum in Deum, est speciale genus peccati.

AD SECUNDUM dicendum, q[uod] quando aliqua, quorum unum includit alterum, ab invicem distinguntur, intelligitur fieri distinctio non secundum illud, quod unum continetur in altero, sed secundum illud, quod unum excedit alterum, sicut pater in divisione numerorum, & figurarum. Non enim triangulus dividitur contra quadratum, secundum quod continetur in eo, sed secundum quod excedit ab eo. & similiter est dicendum de ternario, & quaternario.

AD TERTIUM dicendum, quod Deus, & proximus quamvis sint exteriora respectu ipsius peccantis, non tamen sunt extranea respectu actus peccati, sed comparantur ad ipsum sicut propria obiecta ipsius.

A R T I C U L U S V.

¶ Super Questionis septuagesima secunda Articulum quinimum.

Vtrum diuisio peccatorum, qua est secundum reatum diuersificet speciem.

In articulo 5. eiusdem Inf. q. 88. art. 1. & 2. Et 1. art. 5. cor. Et 2. q. 2. 2. dif. 42. q. 1. 26. q. 3. art. 2. q. 4. ad 5. & 3. contra. c. 39. b. & 147.

I N articulo 5. eiusdem 72. quæst. nota in primis regulam generali, quod secundum reatum poenarum non distinguuntur species peccata. Et intelligitur etiam hoc de peccatis ut sic. & ex hoc sequitur, q[uod] peccata ex hoc q[uod] habent adiunctas penas excommunicationis, & huiusmodi, non mutant speciem. Vnde pertinent ad speciem ipsius actus subiecti poena, si sit malus, pura, furti, vel si non sit ex se malus ad speciem illius vietij, cui subiectus ex statuto, pura, gula, si præcipitur abstinencia; & sic de alijs pensata natura poeniarum quo ad culpam. Excommunicatione namque semper supponit præceptum, irregularitas autem non. Et simile est de suspensione, & interdicto. De peccatis autem aliis, quæ ad ius positivum spectant, quandoque implicant præceptum, & q[uod] non. Sufficit hic, q[uod] quantum est ex ratione penæ non variatur species.

¶ Aduerteretur, q[uod] author non dicit, q[uod] veniale & mortale distinguuntur: quia unum est respectu finis, & alterum eius, quod est ad finem: immo dicit oppositum, dicit, q[uod] in eadem specie adulterii innenatur virumque. Sed dicit, q[uod] distinguuntur ex hoc q[uod] unum, si mortale auerterit à fine aliterum. Si veniale deordinat circa auerse-

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur quod diuisio peccatorum, qua est secundum reatum, diuersificet speciem putata, cum dividitur secundum veniale, & mortale. Ea enim quæ in infinitum differunt, non possunt esse unius speciei, nec etiam unius generis: led. veniale, & mortale peccatum differunt in infinitum. ueniali enim debetur poena temporalis, mortali poena æterna: mensura autem penæ respondet quantitatibus culpæ, secundum illud Deuteronomio 25. Pro mensura delicti, erit & plagarum modus. ergo ueniale, & mortale non sunt unius generis, nec dum quod sint unius speciei.

¶ Præter. Quædam peccata sunt mortalia ex genere, sicut homicidium, & adulterium: quædam uero ex iusto genere sunt peccata uenialia, sicut uerbū otiosum, & risus superfluus. ergo peccatum ueniale, & mortale species differunt.

¶ 3 Præter. Sicut se habet actus virtuosus ad præmium, ita se habet peccatum ad penam: sed præmium est finis uirtutis actus. ergo & poena est finis peccati: sed peccata distinguuntur species secundum fines, ut dictum est. ergo etiam distinguuntur species secundum reatum poenæ.

S E C O N D U M Dicendum, quod

corum quæ specie differunt, duplex differentia inuenit. Vna quidem, quæ constituit diversitatem specierum: & talis differentia nunquam inuenit nisi in speciebus diuersis, sicut rationale & irrationalis, animatum & inanimatum. Alia autem differentia est consequens diversitatem speciei: & talis differentia est in aliquibus consequatur diversitatem speciei, in aliis tamen potest inueniri in alia specie, si cut albū & nigrum consequuntur diuersitatem speciei corni, & cygni: tamen inuenit huiusmodi differentia in eadē hominis specie. Dicendum est ergo, quod differentia venialis, & mortalis peccati, uel quæcumque alia differentia, quæ sumuntur penes reatum, non potest esse differentia constitutiva diuersitatem speciei. Nunquam enim id quod est per accidens, constituit speciem: id autem quod est præter intentionem agentis, est per accidens, ut pater in secundo. Phys. Manifluum est autem, quod poena est præter intentione peccantis: unde per accidens se habet ad peccatum ex parte ipsius peccantis. Ordinatur tamen ad peccatum ab exteriori, scilicet ex iustitia iudicantis, qui secundum diuersas conditio- nes peccatorum diuersas penas infligit. Vnde differentia, quæ est ex reatu poenæ, potest consequi diuersam speciem peccatorum, non autem constituit diuersitatem speciei. Differentia autem peccati uenialis, & mortalis consequitur diuersitatem inordinationis, qua completa rationem peccati. Duplex enim est inordinationis, una per subtractionem principij ordinis: alia qua etiam latuus principio ordinis fit inordinationis circa ea que sunt post principium: sicut in corpore animali quædoque quidem inordinationis complexiois procedit usque ad destructionem principij uitalis, & haec est mors: quandoque uero saluo principio uitæ fit deordinationis quædam in humoribus, & tunc est ordinis in mortalibus est finis ultimus, qui ita se habet in operibus, sicut principium in demonstrabile in speciebus, ut dicitur in 7. Ethicorum. Vnde quando- ma deordinatur per peccatum usque ad auersem ab ultimo fine, scilicet Deo, cui uniuersitatem charitatem, tunc est peccatum mortale: quando uero fit deordinationis circa auersionem à Deo, & ita est peccatum ueniale. Sicut enim in corporibus deordinationis mortis, quæ est per remotionem principij uitæ, est irreparabilis secundum naturam, ita ordinatio autem ægritudinis reparati potest posse.

Item q[uod] veniale & mortale non distinguuntur ex parte conatu, unde habent peccata species, p[ro]pe contingit, q[uod] virumque sit circa h[ab]em. idem enim obiectum adulterii, & primi morsu ex infidelitate, & primo morsu eius. Sed ut parte auerse, p[ro]pe speciem non habent species duas modos deordinationis, auerse, constitutiva hec dicitur. Cum enim peccando auctor sit, cum autem peccando auctor simplificatur, fed quando datur sit, circa times postergationem p[ro]nis, tunc fit peccatum ueniale, circa quicunque obiectum, accidit.

¶ Et hinc patet quod secundum est, sum esse, quod in dicit, secundum. Secundum, quod auctor mortale distinguatur: quia hoc constitutum est præceptum, illud contra confitum, immo patet virumque, sub p[ro]cepto namque teri cadit adulterii peccatum: sicut compleat, quod est in taliter, sive imperfecti, ut primus mo[n]s. huiusmodi, & finaliter est de alijs huiusmodi. Falsissimum est, quod est, q[uod] agit contra confitum præcepit, experientiam habet, neminem peccati arguit, quia non credat, quod est in confilio. Authorum quoque Apoll. 10. Cor. 7. comincit ubi cum dissidente virginibus p[ro]cessione non habeo, tunc autem do, finiuntur: si accepto vixit.

¶ 2. In articulo 5. eiusdem Inf. q. 88. art. 1. & 2. Et 1. art. 5. cor. Et 2. q. 2. 2. dif. 42. q. 1. 26. q. 3. art. 2. q. 4. ad 5. & 3. contra. c. 39. b. & 147.

extremi, non peccati: & si nupserit virgo, non peccati. Distinguendum potius erat ex hac parte, quod cadere sub præcepto contingit duplum, primo sic, quod eius oppositum sit contra præceptum, & hoc secundum sic, quod eius oppositum sit præceptum, & hoc est ueniale. ¶ In articulo eodem in responsione ad prium, habet solutio- nem argumentorum Aureoli apud Capitulum in 43, dist. 2, sent. contra hanc determinacionem.

piter id quod saluatuer principiū uitæ, similiter est in his quæ pertinent ad aiam. Nam in speculativis, qui errat circa principia, periuasibilis est: qui aut errat saluatuer principijs, per ipsa principia reuocari potest. Et similiter in operatiuis, qui peccando auertitur ab ultimo fine, quantum est ex natura peccati habet lapsum irreparabilem: & ideo de peccare mortaliter, eternaliter puniendus, qui uero peccat citra auersiōnē a Deo, ex ipsa ratione peccati repabiliter deordinatur, quia saluatuer principiū: & ideo de peccare uenialiter, quia scilicet non ita peccat, ut mercatur interminabilem poenam.

AD PRIMUM ergo dicendum,
quod peccatum mortale, & ve-
niale differunt in infinitum ex
parte auersionis, non autem ex
parte conuersonis. per quam re-
spicit obiectum, unde peccatum
speciem habet. unde nihil prohi-
bet, in eadem specie inueniri
aliquid peccatum mortale, &
ueniale: sicut primus motus in
genero adulterii est peccatum ve-
niale, & verbum otiosum, quod
plerunque est ueniale, potest
etiam esse mortale.

AD SECUNDUM dicendum, quod ex hoc, quod inuenitur aliquid peccatum mortale ex genere, & aliquid peccatum veniale ex genere, sequitur quod talis differentia consequatur diuersitate peccatorum secundum speciem, non autem quod causet eam. Talis autem differentia potest inueniri etiam in his, quae sunt eiusdem speciei, ut dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod premium est de intentione mercantis, vel virtuose agentis: sed pena non est de intentione peccantis, sed magis est contra voluntatem ipsius: unde non est similis ratio.

ARTICVLVS VI.

*ad sexum sic procedit. Vñ
peccatum commissionis,
& omissionis specie differant.
delictum. n. contra peccatum di-
viditur. Eph. 2. bñ dicitur. Cum
sunt mortui delictis. & pecca-
tis uestris. & exponit ibi* glo-
riam. Idest. dimittendo qua-
libet. & peccatis. scilicet agē-
do prohibita. Ex quo patet. q
per delictum intelligitur pecca-
tum omissionis: per peccatum.
peccatum cōmissionis. differant
gī specie. cum ex opposito diui-
nantur tāquām diuersa species.*

P2 Præt. Peccato per se, conuenit quod sit contra legem Dei ponitur enim in eius definitione, ut ex* supradictis patet: sed in lege Dei alia sunt præcepta affirmativa, contra quæ est peccatum omissionis, & alia præcepta negativa, contra quæ est peccatum commissionis. ergo peccatum omissionis, & peccatum commissionis differunt specie.

P3 Præt. omissionis & commissionis differunt, sicut affirmatio, & negatio: sed affirmatio, & negatio non possunt esse unius speciei, quia negatio non habet speciem: non entis enim non sunt species, neque differentiae, vt * Philosophus dicit. ergo omissionis, & commissionis non possunt esse unius speciei.

Contra. In eadem specie.
SED CONTRA. In eadem specie peccati inuenitur omissionis & commissio. Avarus enim & aliena rapit, quod est peccatum commissionis, & sua non dat, quibus dare debet, quod est peccatum omissionis. ergo omissionis & commissio non differunt specie.

RESON. Dicendum, quod in peccatis inuenitur duplex differentia, una materialis: & alia formalis. Materialis quidem attenditur secundum naturalem speciem actuum peccati: formalis autem secundum ordinem ad unum finem proprium, quod est obiectum proprium. unde inveniuntur aliqui actus materialiter specie differentes, qui tamen formaliter sunt in eadem specie peccati, quia ad idem ordinantur: sicut ad eandem speciem homicidij pertinet ingulatio, lapidatio, & perforatio, quamvis actus sint specie differentes secundum speiem naturae. Sic ergo si loquarum de specie peccati omissionis, & commissionis, materialiter differunt specie, large tamen loquendo de specie, secundum quod negatio, vel priuatio speciei habere potest. Si autem loquamur de specie peccati omissionis, & commissionis, formaliter, sic non differunt specie: quia ad idem ordinantur, & ex eodem motu procedunt. Atarus. n.ad congregandum pecuniam & rapit, & non dat ea, quae dare debet. Et similiter gulosus ad satisfaciendum gulam, & superflua comedit, & ieuiuanda debita prætermittit: & idem est videlicet in ceteris. Semper. n.in rebus negatio fundat super aliqua affirmatione, q. est quodammodo

quod peccata non
distinguntur spe-
cie secundum diuer-
sitatem praeccep-
torum. Et haec tequi-
tus ex prima, ut pa-
tet: quia praeceps
affirmativa datur
de actibus virtutum:
negativa vero de acti-
bus vitiiorum. Com-
mittens autem actum
iusti simili agit con-
tra virtutemque pra-
ceptum: committen-
do actum prohibiti,
omittendo actum
andatum & in vizi-
tum peccati specie
errat.

1- Lib. 4. Phy.
n 2ex.67..9.2.

duplicem in repon-
sione ad secundum,
quare peccata non
diuersificantur se-
cundum diuersita-
tem præceptorum,
quia scilicet pecca-
tum non habet spe-
ciam ex parte auer-
sionis . Et intendit
dicens , quod quia
esse contra legem ,
seu legis præceptum ,
quod idem est , spe-
cias ad auersionem
peccati . Auertitur
enim peccatis a le-
ge , nec per se inten-
dit contra legem fa-
ctare , sicut nec inor-
dinatae facere , ut pre-
dictum est , & pec-
catum non habet
speciem ex parte auer-
sionis , ideo diuersi-
tas præceptorum no-
n diuersificat speciem
peccatorum . Sicut
enim quia auerso-
nem dat speciem pec-
cato , diuersitas auer-
sionis non specifi-
cat : ita quia esse con-
tra præceptum , non
est speciem , quia
pertinet ad auer-
sionem , diuersitas præ-
ceptorum non di-
uersificat species pec-
catorum . Et dicit
autem author iustifica-
iens argumento in-
ducens , quod pecc-
ato per se connec-
tur esse contra le-
gem : vt quia ex pri-
mâ ratione hic asser-
nata dicieramus ,
quod diuersitas præ-
ceptorum secundum af-
firmatium , & ne-
candum non varia-
tum peccati : ex
ac secunda ratio-
ne discimus univer-
silater , quod diuersi-
tas præceptorum
non causat diuersi-
tatem speciarum
peccatorum . Et ex
ac doctrina habes ,
ut furtum ex hoc
V 2 quod